

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Hymni Sacri In Usum Scholæ Oldenburgensis. Ad Studium  
Pietatis**

**Goetjen, Johann Konrad**

**Oldenburgi, [1730?]**

**VD18 90652878**

XII. De poenitentia.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-19291**

Quam dogma commendat sacrum,

Pro serenitate.

Solis jubar da prodeat ,  
Fructumque terra proferat :  
Animans ut omne victitet,  
Ae te datorem prædicet !

Pro pluvia.

Audi preces per Filium ,  
Imbremque da gratissimum !  
Annum corona , propriis  
Dita solum vestigiis !

Dux in Sione diceris,  
Cunctis benignus nosceris :  
Audis preces & adjuvas :  
Laudes fac ornemus tuas !

## XII.

### De poenitentia.

Mel. Vater Unser im Himmelreich.

**V**Ivo ! tuus jurat Deus,  
Nolo labascat impius :  
Sed hæc voluntas est mea ,  
Ut cuncta vitet crimina ,  
Exstinguat & malis sitim ,  
Mecumque vivat perpetim !  
Hujus memor vocis mane ,

Ac

Ac fluctues homo, cave,  
Hem ! larga consolatio,  
Dat Dia quam promissio,  
Et jure jurando quidem.  
Felix dolens qui fert fidem !

Securus at noli tuam ,  
Differre poenitentiam ,  
Mundana,dicens,gaudia  
Carpam prius,post tædia.  
Vitæ novam sequar viam,  
Sperans Dei clementiam.

Fautor quidem manet Deus  
Ubique poenitentibus :  
Ejus tamen qui gratia  
Innixus auget crima,  
Animæque prospicit minus,  
Demnationis sit reus.

Promissa restat gratia  
Ob dira Christi vulnera ,  
Non est receptum crastinum  
Visurus an sis Phosphorum.  
Mors te manet certissima :  
Incerta mortis horula.

Jam vivis:ah convertere !  
Mox forsitan avocabere.  
Nunc qui viget,calet,valet,

Cras

Cras forte pallet ac jacet.  
Impoenitens hinc si migras,  
Fauces adis orci nigras.

Da Christe , da sub hunc diem  
Contritus ut te visitem,  
Agamque poenitentiam ,  
Me mors trucidet antequam,  
Ut nunc , ut omni tempore,  
Hinc sim paratus cedere.

### XIII.

## Pro remissione peccatorum & poenarum.

Mel. Allein zu dir Herr Jesu Christ.

**I**n unico te , Christe mi ,  
Stat fixa spes salutis ,  
Novi Patronum quem mihi ,  
Cunctis in orbe mutis.  
Non ordium sospitantem ,  
Non terra me liberantem  
Tulit periculis uspiam ,  
In te meam supplex loco fiduciam .  
**2.** Culpæ gravant cor pondera  
Et lancinant pavore  
Vinctum quibus me libera ,  
Diræ necis dolore ,

Et